

M U S A E U M
KIRCHERIANUM
s i v e
MUSÆUM A. P. ATHANASIO
KIRCHERO
In Collegio Romano Societatis Jesu
JAM PRIDEM INCEPTUM
Nuper restitutum, auctum, descriptum,
& Iconibus illustratum
EXCELLENTISSIMO DOMINO
FRANCISCO MARIAE
R U S P O L O
ANTIQUÆ URBIS AGYLLINÆ PRINCIPI
O B L A T U M
A P. PHILIPPO BONANNI
SOCIETATIS JESU.



R O M Æ, M D C C I X.

Typis Georgii Plachi Cælaturam Profitentis, & Characterum
Fusoriam propè S. MARCUM.

SUPERIORUM PERMISSU.

urgent in itinere Æthiopes, a quibus appellatur *Habalang* à Arabicè verò *Sifat*. Tale animal ex Tabulis Jonstoni acceptum expressius sub num. 50. & num. 51. dentes ejus demonstrat.

DENS APRI AFRICANI.

Dentem alium sub num. 52. damus ex quatuor qui sunt in Musæ minorem Dentem Hippopotami, sed figura Dentis Apriorum similem colore in superficie subfuscum, sed in parte interiori chitoneo. & durissimum. Animalis illud est, quod Incole Regni Angolai in Africa venantur, appellante *Engais*, Aprum Sylvestrem illud esse referunt, cuius autem forme sit a nullo descriptum ioveni, referunt particulas ejusmodi Dentium in tenuissimum pulverem redactas, si cum viuo deglutiuntur, validissimum remedium asserre existib[us] morbis, & veneno infectis. Atque ob id magno preio venduntur a Venatoribus Africanis, & in Italiam a Lusitanis aliquique mercatoribus aferuntur.

Im ad Classem cornuum transeunduta est, quorū quanta sit varietas, quantusque in iis Naturæ latus, verbis Plini referam. Sic autem ille lib. 1. cap. 13. Nec alibi major laetivia hisc Animalium arvis. Sparit hæc in racemos ut Cervorum, aliis simplicia tribuit. Aliorum fixxit in palmas digitoisque emisit, ex iis, uede Platicerotis vocant. Dedit racemos Capris, sed parva, nec sicut decidua, convoluta in anfractum arietum generi, ut cœstus duret, infesta Tauris, in hoc quidem genere, & foeminiis rident, in multis tantum maribus; Rupicapris indorsum adunca, Damis in adversum, erecta autem, rugarumque ambitu contorta, & in levè fastigium acuta, ut lyras dices: Strepsiceroti, quem Addacem Afrika appellat, Mobilia eadem ut aures, Phrygix armatis Trogloditarum in terram directa, qua de causa obliqua cervice pascuntur. Alii singula & hoc in medio capite ut naribus; Iamque aliis ad incursum robusta, aliis ad iugum, aliis aduncæ, aliis redundæ, aliis ad iugum pluribus modis supina conversa, connecta omnia in inuicem unigrania. In quodam genere pro manibus ad sebendum corpus, cochleis ad prætentandum iter, corporeæ hec, sicut in cerastis aliquando & singula, cochleis semper bina, & ut prætentantur, ac resiliant, hec Plinius.

Tot diversis modis cum ludat Natura in cornuum fabrica ut vix ad certas classes reduci possint, in iis recensendis iritus est labor. Quinquebrem ea quæ in Musæ sunt enumememus.

ALCIS CORNUA.

Non defunt Cornua, & ungula Alcis, quem *Onagrum* Olaus Magnus appellavit, vulgariter Gran Bestia. Animal est speciei cuiusdam medie inter Equum, & Cervum, quem expressius sub num. 53. uores habet, & aures prominulas, cornua fere Cervi instar, sed ramis in patulas quasi frondes dispergitis. In Russia est frequens, & si juvenis capiatur, mansuetus adeo, ut non solum canum more Domininum suum sequatur, sed cibam humana potumque ambiat. De illo quamplurimi scripserunt, inter quos Seeliger, Cardanus, Appollonius, quis lector coniulee potest, & apud eosdem diversis nominibus appellatum illud inventer. Ajuat hoc animal comitiali morbo sepe corripit, a quo non liberatur, nisi apponit prius fuerit auri altera posterior ungula. Cornua (air Menabenus apud Calceolarium) esse illi perpetua non decidua ut Cervis. Externum illud quæstitum est a Viris cruditis, utrum omnibus unguibus, quorum plures sunt in Museo, proprietas sanandi morbum epipleureum, seu comitiale conveniat? Quidam posterioribus tantum unguibus hanc vim traherunt, & potissimum sinistri pedis. Cum uterque unguis autem admoveatur ab animali, ut Epiplesiam propellat: anteriores ea facultate (poliandos putat Calceolarius, nam si Cornibus ejus ea vis inest, quanto magis anterioribus inest pedibus, qui specie non differunt a posterioribus censendam est? Liceat anteriores non ita commode autem possint admoveari. Illud etiam in dubium revocatur an vivente Alice præcedenti sint unguis, aut potius defuncto? Magnis argumentis utrinque agitur Controversia, quæ ad Muñzi nostri descriptionem non conserunt, aedat Curiosus Calceolarii descriptionem, qui multa de hoc arguento concisit.

CORNUS RHINOCEROTIS.

Aleis Cornibus Cornua Rhinocerotis junciantur sub num. 54. que longe majori pretio habentur. Rhinocerotem plurimi cum Monoceroto animali confundunt; quare Cardanum in scribendo precipitem damat Sciliger, qui Monocerota sub Rhinocerotis nomine pinxerat: Duas scilicet bellas longe diversas a Pictura Rhinocerotis se vidisse ait, cuius cadaver e naufragio ejectum erat in Tyrrhenum litus capite suillo, tergere inuico leculato. Monocerotis vero figuram describit aquis magnitudine, cruribus, pedibus, capite Cervi,

Æqui

Clafsis Octava .

278

*E*qui juba rariore , & breviore , coxis villosis . Cornu unum integrum Nicæ a se visum , sub-sulvum unum , unum sublureum . Præter Pliniūm , Aelianum , Gesnerum , & alios , qui Monocerota describunt , discrepantem valde a Rhinocerote , Cornu dicunt , illud esse unicum in acutissima mucrone in dehinc .

*G*arrias Horus , & Clusiūs , qui certiora testimonia de iis accipere potuerunt , ita habent lib . de Arom. hist. cap. 14. Est Rhinoceros vultur Animal , Cornu in nate gerens , quod difficulter domari potest , multos in Camboya , Bengala hincinā iuveniri tradunt , & ab Incolis *Gandar* vocari : Mihi hastenus Rhinocerontem videre non contigit (ait Garrias) illud tamen Scio Bengalæ incolas ejus Cornu aduersus venenam usupare , Unicornu esse existimantes tametis non sit , ut ii referunt , qui se probe scire autuunt . De Unicoru verò sic Garrias capite citato loquitur . Ego hoc loco referam , quæ a Vicis sive dignis accepi . Inter Promontorium bonæ spci , & aliud Promontorium vulgo de Currentes occupatum , vidisse se affirmabant terrestre quoddam animalis genus , licet mari etiam delectaretur , quod caput , & Jubam equi habet , minime tamen marinum equum esse , Cornu præditum , duos palmos oblongo mobili , quodque nunc in dextram , nunc in sinistram obverteret , modò attolleret , modò demitteret , id animal cum Elephante ferociter præliari , ejusque Cornu adversus venena laudari . Hec Garrias , ex quibus intelligimus ita differre Unicorum a Rhinocerote , ut Equus ab Elephante , & utriusque animalis Cornibus vim insignem inesse contra venena .

Huius narrationi relationem addo Italicanu Florentiz impressam ann. 1693. de origine aucti-nis Nili Lingua Lusitanica olim vulgatam in quondam nostra Societas Author . In ea haec habentur . In Africa nel Regno degli Abissini detto Damiste è una Provincia delle maggiori , che si chiamma Agaos , che ha un Territorio detto Tazuca , il più rinomato che si vanta offere l'unica Patria del tanto famoso Unicorno , la Patria di cui niente Autore riferisce , quale è diverso dal Rhinoceronte , mentre ha un jō: Cornu dritto , e il Rhinoceronte due . E della grandezza d'un Cavallo , manello scuro , la coda , e crini nevi . Il Cornu è di cinque palmi in mezzo alla fronte di color bianchiccio dritto , e gentile . Est autem Unicoris , dice S. Basilio hom. in Psal. 28. Animal imperiosum homini non subditum , nullis viribus domabile , perpetuo in solitudine agens uno Cornu securum . In eadem narratio-ne narratur , che da un Capitano Portugheze gli fu detto , che mentre in un prato pasceva i Cavalli di venti suoi Soldati , vissero un'Unicorno uscito

re dalla Selva , e si accostò alli Cavalli , quando rallegraronne conoscerdolo per la loro specie , parve ombroso , poiche subito fuggì vedendo i Soldati , e si rintanò , e contobbero non esser faccola questa dell'Unicorno .

Utumque haec se habeant , certissimum est Cornua , quæ sub nomine Unicori venditantur , Rhinocerotis illa esse , magno quidem pre-tio habita olim a Lusitanis præcipue sibi fundentibus optimum antidotum esse contra venena . Tribus ejus generis cornibus dicitur Musæum , quorum unum ex basi semipalmari semper gracilescens producitur ad acumen aliquantulum recurvum longitudine palmorum quinque , nigricante colore , substantia valida , & ponderosa . Alia duo palmum cum dimidio in obtusum mucronem producta pyramidem potius imitan-tur , aliquantulus inslexam ut delineavimus sub num. 54. Ex his clatos , & vasa conficeret solent Indi , & illis uti ad bibendum præstunt , si febri laborent acuta . Unum videtur in Museo , quod forma naviculam exprimit , undequeque valde levigata , & duo alia mole maiora ro-tunda , & habentur inter rariora , quæ Ars simul cum Natura conuenientia confecit .

D E N S E L E P H A N T I S .

Dens sequitur Elephantis , quem Cornu ap-pellari malunt Plurimi Antiquorum , & inter recentiores Ludolphus hist. Æthiop. lib. 1. cap. 10. Cornu esse (inquit) & non dentem , quod libur vocamus , apud Æthiopes non ambigatur , ideo bac Elephantorum arma lingua Æthiopum Akronot , sive cornua dicuntur . Sententiam eandem Anatomie Elephanti a Sagacioribus institura uberioris confirmat . Polibius lib. 8. c. 10. in Africa extrema tanta Elephantorum Cornua memorat , ut trahim ac signorum loco ad posites , sepes & stabula extrinenda adhibeantur . Ultra dentem hujusmodi , quem Cornu dicunt , alii sunt dentes molares , quorum singuli duas libras ponderant .

C O R N U C E R V O R U M .

Plura etiam videntur Cornua Cervorum ex variis Regionibus transmissa , quorum aliqua ad altitudinem septem palmarum excreverunt , in octo ramos seu mucrones distincta . Hujus generis mole stupenda visuntur in Templo Arcis Amboiensis in Galliis , quorum longitu-dio undecim & quatuor pedes latitudo novem : intra ramos utrosque spatium est quinque pedum cum dimidio . Nescio en majus extiterit illud quod Albertus Magnus lib. 2. de Animal. tract. 1. part. 2. se viduisse memorat , quod viginti duos